





an. 34<sup>6</sup>

RECTOR  
ACADEMIÆ FRANCO-  
FURTANÆ  
CHRISTOPHORUS  
**P E L A R G U S**

SS. Theologiæ Doctor & Profess. Publ. Facultatis  
itidem Senior ac DECANUS, Marchiaæ  
Superattendens

<sup>ad</sup>  
**A N G E L O R V M**  
custodiam custodius  
fovendam

*Ani migratitudinem erga sacrum ministerium  
declarandam*

**R e i p u b l . l i t t e r a r i æ C i v e s**  
humaniter invitati.

---

LITTERIS  
**H A R T M A N N I A N I S .**  
ANNO  
**M , D C . X X I V .**



ACADEMIA FRANCISCA  
SCHOOL OF THEATRUM  
ALLEGORIUM  
A. G. R. A.  
PROLOGUS  
ALLEGORIUM  
ALLEGORIUM





Ix depulsa nigra facies caliginis,  
ante  
Ter denos soles, visum est consi-  
dere flamas  
In celere stectum casula: mox di-  
dere labem.  
Caperunt ignes rapidam: jam nescius ardet  
Proximus Ucagon: jam dat vicina ruinam,  
Vulcano superante domus, vetulamq; trementem,  
Corripit: Et calamo cannaq; intecta palustri,  
Qualia pauper amat plebes, jam limina vastat  
Ignis, Et ex denis manant incendiata tectis.  
Exoritur clangorq; tube clamorq; vocantum,  
Auxilia, Et tristis turri sonor increpat aris.  
Prata soli lacrimis Et famineo mugitu  
Implentur, resonat multis plangoribus ather.  
Pars queritur subito cinefacta mapalia, nummosq;  
Amisso, miseris qua sunt solatia vita,  
Succedensq; igni pede mox trepidante recedit:  
Qualis cum gemitu questus effundit aedon,  
Aspiciens nido fetus detraxe draconem  
Implumes, avido seq; illius ingerit ori.

A 2

Ms.

*Ufq; adeo nobis cum nostris dulce moriri!  
Pars, cui sentitur prius hic quam cernitur ignis,  
Somno excita, luis structorem devovet iris  
Eumenidum, casus malefida incusat acerbos  
Fortuna, matremq; retrò, venisse novercam.*

*Audiit hæc ignem propter Fortuna residens  
Forte volut andoradios lassata rotarum  
Instabiles: Animum revocans subridet, & acri  
Increpat ore haminum turpes de corde querelas:  
Pro lœvas, inquit, mentes! pro pectora cœca!  
Non pudet ò sanæ semper rationis egentes?  
Cur toties insons rea criminis arguor, ira  
Ob scelerum moles quando calefactus IOV A  
Fulmine pœnarum gentes exterret iniquas?  
Immeritis ecce extollor laudibus, omnes  
Cum vel degeneres vultu miseratus amico,  
Largificat at bonitat is cœlitus imbre?  
Nullum habeo Numen, si sit prudentia: sed me  
Vos facitis Divam stulti, cæloq; locatis.  
Ultrices nusquam sunt intra mænia pœnæ,  
Ultrices nusquam sunt extra mænia pœnæ,  
Quas non è cœli Deus ipse immiserit arce.*

*Ipsæ*

*Ipselares mandat vestros profernere flammis.  
Certa Dei vox est, totus cui militat orbis:  
Si non sacra mihi fuerit lux septima, cultu  
Sanctifico, vel opus dextra perfeceris ullum:  
Sitibi dura labat per portas pondere cervix  
Luce sacra, portas extingui nescius ignis  
Atque domos solymas ferventi ardore peruret.  
En iterum! lovae voce hic lumine lustra:  
Aruit omne solum, subter putrescere glebas.  
Semina visa: gemunt, quod spes evanuit agri,  
Horrea: corripuit campi decus omne favilla,  
Gramen & arboreos infestus collibus ignis  
Ramos ambussit: te circum animalia claniant  
Faucibus ad cælum siccis, atque aera captant;  
Namque arant fontes, pratumque exæstuat æstu,  
Pascuaque omnicrepus depascitur ignis amæna,  
Et luclaris adhuc stolido sermonis abusu,  
Mortalis, caussas penitus tentare patentes,  
In cineres passim quòdeant tot tecta, tot urbes?  
In cute qua latitant intus tibi, querere noli  
Extra: Corrupti penetralia discute cordis.  
Te graviora manent, scelerum nisi criminatollis.*

A 3

At

At meritam nondum flamma qui vindice sentis  
Panam, plus nimio caput haud attolle superbum.  
Non pietate tua potis es splendoreq; niti  
Ante Dei faciem: nec, quos famiosa Siloæ  
Lapsu ter senos obtrivit turris, inertem\_,  
Soli animam tali meruere effundere fato:  
Mænibus in Solymis licuit reperire Siloam.  
Restinctus calida est adolescens ignis in ira,  
Frigidæ fierent cinis Urbs & sacra Lycei,  
Nec reliquos domibus viduaret flamma colonos,  
Non quia mens vitæ sibi conscientia separis extat:  
Non, non: ( tecum habita, & tibi quam vitiosa sus-  
pellex

In cordis latebra, noris, vel primitus omnes,  
Qui sacramenti immemores exsugere sueris  
Tirones, vocemq; feri ingeminare Neronis,  
Unde habeas, nemo querit, sed oportet habere )  
Sed quod in excubiis omnis custodia mundi  
Sacra Suburbanis stet, Manibus, atq; Lyceo.  
Ni sicut Angelicis è cælo hæc cura ministris  
Publica, jam cineres essetis ad instar eorum,  
Quæis propè tota rogos regio est urbisq; cadaver.

Igneus

Igneus hos ignes restinxit cælitus imber:  
Qui juvenes medio fornacis turbine tutos  
Fovit tergeminos rorantis flamine venti.  
Non pilus ardorem sensit, non pileus, usque  
Non tetrus membra vitiatur odoribus aura.  
Flamma carens flamma flammante, oblitera priores  
Vires ludificat, sanctosque exurere nescit.  
Tolleret oīutinam Dominus de lumine nubem.  
Et, ceu conspexit flamas Elisa ipso olim  
Cælestes, orante Deum sic vate, videres  
Assiduos hominum comites sociosque salutis!  
De me fingendi nunquam foret ista libido.

Hæc fari nuper visa est Fortuna, profari  
Si quidquam valuit, campumque reliquit apricum.  
Vestrum est, o Studiosa cohors, attendere dictis,  
Admonituque pios fieri. Desuete mores  
Atque animi labes et pectora tundite veris  
Erratorum odiis. Vita melioris amore  
Exuite ingenium. nam quos consortia culpa  
Iunxere, hos etiam pana consortia jungent.  
Cui pietas odio est, flaminis adolebit ab ira  
Accensis Dominifumans ceu clibanus, ignis

Hunc

Hunc avidè volucet tānquam fænile vorabit.  
Pert aſe uitit lacrime hac incendia ſedant.  
Humanum eſt peccare quidem gratumq; Satana:  
At revocare gradum cuncto à peccamine, tetris  
Trifticum eſt Orcicaculis, celiq; Quirites  
Latificat. Calum qui adſpiras, gaudiacalo  
Affer, & aſiduo calo deſcende precatu,  
Ut Deus angelico nos muniat agmine, ab Urbis  
Finibus annonā, belliq;, luisq; flagellūm,  
Atq; cruoriflua pestis tormenta, repellat.  
At viſ audiri? prius iſum audire memento,  
Terreſtri in calo qui nutrimenta ministris  
Ara ferre jubet. Viste comitetur euntem  
Angelus, inſequitor quoſefert Angelus, alto,  
Ut ſatires victu Danieles, vertice prenſum.  
Sic bene te ducet, bene te comitabitur idem  
Angelus antedapes, nocte angelus, angelus ortu.

M.P.F.

Hunc

ULB Halle  
002 677 830

3



S6

Nv 1999

(1/69.)

VDA



# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

OR  
FRANCO-  
NÆ  
HORIUS  
G U S  
ofest. Publ. Facultatis  
Anus, Marchiaæ  
dens.  
ORVM  
Stoditius  
am.  
*sacrum ministerium,*  
*lam,*  
ariæ Cives  
ritat.  
RIS  
NIANIS.  
XXIV.

an 376

